



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Nihil in futuro judicio magis matuendum peccatori, quàm quòd minùs
metuit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

quam graua sint vulnera, pro quibus necesse est, Dominum Christum vulnerari! Sed quid prodest agnoscere, nisi ut tanto magis timeas culpam & poenam, quanto magis agnosceis esse timendam? Quam clara & aperta voce modo infantiles panni clamant contra mundum, & de culpa mundanos arguunt; tam disertè & grauius contra clamabunt in Iudicio, & pœnas postulabunt dirissimas; *Ego sum iudex & testis dicit Dominus.* Sicut Maritta quidam Diaconus apud Victoriam Uticensis contra Elpidephorum virum mundanum, quem susceperat in baptismo, dicebat de linteis quæ tum erant adhibita; *Hæc sunt lintea Elpidephore, qua te accusabunt dum Majestas venerit iudicantis, custodi-ente diligentia mea, ad testimonium tuae perditionis.* Sic plane de Christi pannis, de Christi verbis & factis: *Hæc sunt verba & facta, Mun-*

dane, qua te accusabunt, te iudicabunt, te condemnabunt, quia hæc sunt qua te modo accusant, iudicant, & condemnant. Non erit aliud de mundo Christi iudicium quam quod fuit. Ex primo jam facto iudicio, timendum est secundum quod fiet, quia primi est effectus consequens. Ex secundo quod fiet, timendum est primum, quia ejus est causa præcedens. Sic autem utrumque timebitur, si quod est in nobis mundanum & sensuale, tollatur. Non est verus timor otiosus, sicut nec amor; magna operantur ubi sunt, non coactè sed spontaneè secundum Deum, sed voluntariè. Aut si operari renuunt, nec timor nec amor est. Sic loquitur & sic facit, ait sanctus Jacobus, sicut per legem liberati, incipientes iudicari; Quasi si jam iudicari minime, quia jam reuera iudicium incipit ex hac vita, quod in alia perficitur.

1. Pet. 5.

1. Cor. 2.

E O D E M D I E.

ALIA VERITAS PRACTICA.

Nihil in futuro iudicio magis metendum Peccatori, quam quod minus metuit.

QUATIO EST, Quia in futuro iudicio nihil minus metuit Peccator quam benignitatem Christi.

Sed nihil est magis metendum Peccatori quam illa Christi benignitas.

Ergo in futuro iudicio nihil est illi magis metendum, quam quod minus metuit.

Declearatur hæc ratio subtilissimè in 3. parte, Sabbato post Dominam secundam Pentecostes, ubi demonstratur quam sit Agni formidanda ira, juxta illud Apocal. 6. *Abcondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni.*

Vide his conformes alias veritates, notatas in Indice, verbo Iudicium, Timor, &c.

E O D E M D I E.

DE DVPLICI ADVENTV
CHRISTI DOMINI.

*Erunt signa in Sole & Luna, & stellis, & in terris
pressura Gentium. LUC. 21.*

VERI-